



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Instrvctio R. P. Bartholomæi Riccii Societatis Iesv
Theologi De Modo Recte Meditandi De Rebus Divinis**

Ricci, Bartolomeo

Mogvntiæ, 1605

1 De causis internis ariditatis spiritualis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59608)

1.2.9.39.
4.2.

contristandum, quia S. Thomas alicubi docet tristitiam immoderatam esse malam, quia transcendit regulam rationis. *Ompet inquit, passiones animi regulari debent secundum regulam rationis, quam transcendit immoderata tristitia.* Tunc autem mea opinione videtur tristitia transcendere rationem, quando vel è medio tollit, vel certe turbat consuetas hominis actiones, vti facit in presentia materia.



TRACTATUS II.

DE ARIDITATE SPIRITUALI.

De causis internis Ariditatis spiritualis.

CAP. I.

NOMEN ariditatis, sicut & sterilitatis ac sterilitatis, metaphoricè tribuitur Orationi, translatione sumpta ab agris, qui aridi & steriles dicuntur, quando post culturam & semen iactum, nullum tamen fructum

fructum reddunt. Causas igitur sterilitatis spiritualis inuenerimus, si cognouerimus causas sterilitatis corporalis in agris. Hos autem dicimus steriles, vel quia nimium siccifunt, ut si arenosi, vel saxosi sint, vel nimium humidi, ut si sint paludosi. Itaque sicut arenæ siccitas facit, ut semen in eam iactum non possit emolliri & putrefieri, *et multum fructum afferat*, sic animæ ariditas facit, ut semen diuini verbi in eam coniectum *ipsum solum maneat*. Idem euenit terræ petrosæ, licet enim in ea semen quidem exoriat, tamen ob humoris defectum non augetur, unde Christus apud B. Lucam dixit. *Aliud cecidit supra Luc. 8. petram, & natum aruit, quia non habebat humores.*

Affimilare possumus solo sicco & arido eos homines, qui naturaliter tam hebeti & obtuso sunt ingenio, ut ex nullo argumento, quamuis perspicuo & copioso, possint haurire meditando aliquem conceptum theoreticū vel practicū. Paludoso verò comparare ecōtra possumus eos, qui ob naturalem ingenii subtilitatē & promptitudinem de quouis argumēto sublimes & varios texunt conceptus, sed nesciūt reuocare ad praxim, eo quod illis desit aqua deuotionis,

quam tanti facit S. Bernardus, consulitque
vt sedulo ab omnibus quærat. Vnde bene
dixit Christus de semine nato inter petras,
natum aruit, quia non habebat humorem.

Inter hos annumerari quoq; possunt, qui
olim quidem fuerunt fœcundi, sed sua cul-
pa, eo quod nimium se dediderint rerum
curiolarum contemplationi, steriles facti
sunt, de quibus David locutus videtur, dum

Psal. 106. ait. *Terram fructiferam in salsuginem à ma-
litia habitantium in ea.*

Diximus, solum quoque sterile reddi, ex
superuacaneo humore: propterea quod in
eo semen vel suffocatur, vel languescit: cui
merito comparatur ii, qui plus æquo se ad-
dicunt huius seculi illecebris & recreatio-
nibus, *Et quorum Deus venter est*, vt loqui-
tur Apostolus. In his enim semen diuinum
extinguitur. vnde de talibus ipse Deus in
Genesi dixit. *Non permanebit spiritus meus
in homine, quia caro est.* id est, carnalis, & in
carnis voluptatibus sepultus.

Phil. 3.

Gen. 6.

De causis externis sterilitatis spiritualis.

C A P. II.

HAs quoque causas inuestigabimus ex
causis sterilitatis temporalis. Et pos-
sunt reuocari ad tria capita principalia. Pri-
mum